

Synopsis ista complectitur geminam Logices divisionem, quam sic evolvinus hoc diagrammate harmonico:

Instrumenta Logices sunt

- 1 Thema.
- 2 Argumentum simplex commune.
- 3 Argumentum simplex proprium.
- 4 Definitio.
- 5 Distributio.
- 6 Axioma.
- 7 Syllogismus.
- 8 Methodus.
- 9 Fallacia.

Quorum usus

- 10 Libro.


Partes Logicæ sunt

- 1 Thematica.
- 2 Categorica communis.
- 3 Categorica propria.
- 4 Horistica.
- 5 Meristica.
- 6 Axiomatica.
- 7 Syllogistica.
- 8 Methodica.
- 9 Sophistica.

} Pars generalis.

- 10 De usu instrumentorum. } Pars specialis.

Poteris & hoc modo procedere in divisione instrumentorum Logicorum, quòd



Materialia dicuntur, non quòd constituent materiã Logices; sed quòd materiam disertationis regant. Idem de formalibus iudicium esto. Si quis velit retinere illam Rameorum divisionem, quã Logicam (sed intellige generalem) dividunt in inventionem & dispositionem, facile poterit nostram methodum illi distributioni accommodare, mutatis mutandis, iisque paucissimis. Atque ita vidimus naturam Logices, cui nunc subnectemus paucula de studio ejusdem.

I. *Quicumque Logicam discere cupit, præditus sit ingenio Logico.*